



Universitätsbibliothek Paderborn

Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Ab Habsvrgii Castri Dominatu, Habsburgios Austrios non recte probari. §.
V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

AB HABSBVRGII CASTRI DOMI-
natū, Habsburgios Austrios non
recte probari.

§. V.

RE MOTA igitur Lazij opinione priua-
ta, & aliorum quæ nobis obstabant, de
primo Stirpis Habsburgicæ conditore,
recta iam hinc procedere poteramus ad
pertexendam lineam nostram de origine
gentis Austriacæ, ex Anicia Perleonia Habsburgica:
sed cum animaduertamus communem illam de castro A-
uendo opinionem, si non ad originem integralem, sal-
tem ad incrementum gentis Habsburgicæ, longè plus ha-
bere momenti apud Eysingerum, & alios auctores, quam
illam priuatam Lazij, operæ pretium mihi fakturus vi-
deor, si discussis nebulis, ex historicorum scriptis hic ali-
quid lucis infundam, cum omnium intersit, errore dete-
cto, conspiciendam dari veritatem. Variam olim fuisse
apud Geographos, vocis Assiburgij usurpationem con-
stat. Corruptè siquidem idiomate Germanico, Asburg,
Ausburg, Habsburg, & Habisburg effertur, quæ no-
mina multiplicem habent significationem. Asburg enim
Assiburgium est Germanicæ oppidum Rheno proximum,
ac cis eum inter Geldubam, & vetera castra situm,
Nussiæ, Cliuenſique Ducatui finitimum, quod Ger-
manicæ Asburgum nominatur. Ausburg, Latinè Au-
gusta, prioris Rhetiæ ciuitas, totius Imperij Germani-

e 2 ci

ci potissima , nobilitate , antiquitate , ac diuitijs nulli
secunda . Hasburg , Latinè Hasburgium , castrum est
Heluetiorum non longè à Rinchffeld constructum , iux-
ta quod Albertus Romanorum Rex quondam sepultus
fuit . Non procul etiam à Bruch distat , idque à Ra-
patone Comite conditum fuisse fertur . Alij dicunt il-
lud esse quod nunc Aienburgum dicitur , edificatum à
Comitibus montis Auentini Romanis Perleonibus , quasi
diceres Auentini burgum , sive oppidum , unde Archi-
ducum Austriae clarissima Familia suam cœpit origi-
nem . Habisburg vero , Latinè Auendum castrum ,
est hodie in Vosagis Lotharingiae montibus , quod Ro-
maricum montem appellamus ; & vulgari Germanica
lingua Auendperg , corruptè vero Absburg pronuncia-
tur . Et in his tota disputationis nostræ summa consti-
tut , à quo videlicet horum , clarissimum Habsburgio-
rum nomen deriuariit . Ab Assiburgio , & Absburgo
non deriuare clarum est . Ab Hasburgo vero sive A-
uenburgo sic , non solum Itali , sed & Germanorum
multi graues & insignes historici testantur . Obstant
tamen Eysingerus , & sequaces , qui illos ab Habis-
burg , sive Auendi Romarici montis castro , sic cognoscen-
tatos volunt . His ego , & mibi simul satisfecisse
arbitrabor , si unica Francisci Rosierij viri Galli , tamen
ab omni passione alieni , auctoritate eos longè à via
recta aberrare demonstrauero ; sic enim inquit tomo
quinto Stemmatum Ducum Lotharingiae , historia capi-
tali septuagesimana .

Nec

Nec certè hic subticere possum, & Austriae & Belgaurm Historicos longè hallucinatos esse, cum Habsburgensium Comitum primariam referunt originem ad nonnullos Austrasiæ Reges, illoq; sue prædicant Auendi castrum in Vosagis montibus occupasse, haud procul à Mosellæ fluminis continent, qui locus hodie Romarici mons vocatur. Etenim multi assentationis potius, quam veritatis imagine ducti, ex Theodeberti Austrasiæ Regis coniugio Sigebertum, seu Sigibertum, manasse scribunt, atque ex hoc cæteros Austriae Duxes: Imo Theodebertum & Sigibertum Auendi castrum in bonis habuisse. Quatum ad primum attinet, certum est ex Annalibus Theodebertum Austrasiæ Regem Brunechildis consilio Theodorici fratri manu nefaria perijisse iuxta Leucos, tandemq; ipsum Theodoricum victorem Theodeberti liberos extinxisse, quamvis plerique Sigibertum euasisse scribant. Quod an verum sit, alij iudicent. Quod si etiam veritate subnitatur, hoc unum tamen falsum est, Theodebertum, eiusque filium Sigibertum Auendi castrum, & Comitatum obtinuisse. Nam ex historijs claret Theodoricum præmissum, Theodeberto, liberisque occisis, recta Metim profectum fuisse, ibique Romulphum Romarici Auendi Comitis patrem interfecisse, bonaqué fisco applicuisse. Hic quoq; Romulindam habebat matrem, cuius non sit alia

e 3 mentio.

mentio apud Chronographos. Non igitur Theodorus & Sigibertus, iam interempti, Auendi Comites extitere. Quinimo Theodorico cæsori, Ardijs Episcopi tum curta ruli etiam gliscere morbo, Brunechildis Romarico inique bona rapta restituit. Vno igitur, eodemque tempore, non fuerunt Auendi Comites Theodebertus, Sigibertus, Theodoricus, Romulphus, & Romanicus. Siquidem erant coætanei, ut ex datis Austrasie Regum superius descriptorum, ac sequenti diplomate videte est, cuius tenorem subijcito. In nomine Patris, & Filii, Et Spiritus Sancti. Amen. Quoniam mundus in maligho positus legitimas fidelium donationes impie conatur infringere, idcirco ratio postulat, ut ea, quæ pro augmento Ecclesiarum donata sunt, nos quoque rationabiliter confirmare turemus. Noueris igitur locum Catholiceorum tam præsentium, quam futurorum universitas. Quod ego Romanicus Auendi Comes videns viros virtutis voluntaria paupertate, pauperishus. Et Stigmata in suis corporibus circumseti. Et cetera que sequuntur ab aliis. Et infra: Factum est hoc dominum illj. Non Matriti anno ab incarnatione Domini 620. Clothario gloriose Francorum Rege regnante. Hæc Rosierius, cuius testimonium adeo clarum est, perspicuum, ut nullus amplius minus verum esse putare debet, quod supra diximus de castro Habsburg

go, quod non modo Albertus Argentinensis, sed Volaterranus, sed & alij complures afferunt. Nec obstat quod Eysingerus dicat mentionem de castro Habsburgo fieri à Gaguino in Vita Ludowici Piij Imp. cum de hoc nulla sit inter nos controvërsia: Non enim dicimus A-aendum castrum, quod erat in monte Romarico, à qui-busdam Historicis Habsburgum non nominari, sed tan-tummodo Comites Habsburgenses, unde Austriaci Principes, illud non habitasse: neque cognomentum Habsburgij ab illo accepisse, sed ab alio quod erat in Ergouia, iuxta Lucerne lacum, à Perleonibus Romanis, aut de novo fabricatum, vel certè in eodem loco ubi fuerat illud Rapatonis reedificatum, & ob memoriam tum primi nominis, tum etiam Auentini montis, Auenburgum appellatum, quod postea, uti vsu caenire solet, ex corrupto loquendi more in Habsburgum transmutatum, clarissime Familiæ nomen reliquit.

HABSBVRGIOS AVSTRIOS
ex Historicorum testimonijs à Perleonibus
Anicijs Romanis originem ducere.

S. VI.

Demonstratis de familia Habsburgica, qui haec tenus pro veris reputati sunt, erroribus, & illustratis ad hunc, quem diximus modum, Austriacis ordo postulat, ut consequenter tam prefatos Comites Habsburgios,